

THESES DE SS. SCRIPT.

QUÆSTIO VI.

DE SS. SCRIPTV.
RÆ INTERPRETATIONE,
ET CONTROVERSIARVM

Religionis NORMA ac IUDICE.

I.  *Um Scriptura nonnullis in locis obscura sit, recto nuncordine quæstio de dextrâ eius Interpretatione sequitur. Nam Scripturæ non in legendos sunt, sed in intelligendo; & Euangelium non in verbis Scripturarū est, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonum foliis, sed in radice rationis. Et tantum valet adulter sensus, quantum corruptor stylus. Hilar. ad Constant. August. p. 233. Hieron. aduers. Lucifer. to. 2. p. 147. Idem in Galat. 1. to. 9. col. 162. B. Tertu. de præscript.*

II. Extra controversiam est, tum quod Scripturæ Interpretatio necessaria sit, cum quod ea cum Spiritū S. dianœa consentire debeat. Nam vt Bernhard. epist. ad fratr. de monte Dei col. 171. Basil. An. 1566. ait: *Quo Spiritu Scripturæ factæ sunt, eo Spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligendæ sunt.*

III. Quæ verò genuina sit Spiritū S. sententia, præcipue hic quæritur.

IV. Nostra hæc est dicitur, veram certamque Spiritū S. sententiam eam esse, quæ ab ipso in ipsis Scripturis proposita est & ex iisdem ritè petitur ac demonstratur, adeoque veram Spiritū S. sententiam non nisi ex ipsis Scripturis desumi ac demonstrari posse ac debere.

V. Optimus igitur Scripturæ Lector est, qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potius, quam imponat, & retulerit magis, quam attulerit: neq; cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem præsumpsit intelligendum. Hilar. l. 1. de Trin. p. 7.

VI. Hinc duæ offeruntur Quæstiones: 1. Penes quem summa sit & infallibilis Scripturam interpretandi authoritas? 2. Quæ media Partes τοι κει ad verum Scripturæ sensum in dagandum necessaria sint? De utraque re ueritatis.

*Status contro-
versiae καὶ ἀρ-
ιστούς δίαιτης.*

Assertio nostra.

Az.

VII. Ad